PROSPERI ALPINI ... DE RHAPONTICO DISPUTATIO IN GYMNASIO PATAUINO HABITA. IN QUA...

Prospero Alpino

PERILLVSTRI, AC DOCTISSIMO VIRO BENEDICTO SYLVATICO PATAVINO IN PATRIO GYMNASIO MEDICINAE Praxim Profitenti.

Petrus Bertellius.

S. P. D.

NON te fugit (Benedicte Syluatice) qui, & quantus vir ſit Proſper Alpinus, cum alijs bonis artibus, tum in medicina, & in ſcientia plantarum, & quam curet ſedulo, nullis laboribus aut ſumptibus parcens; vt horti medici, quibus præeſt, ſint omni ſtirpium etiam exoticarum genere inſtructiſſimi Eius igitur diſputationem de RHAPONTICO, quam ſummis omnes, qui illi interfuerant, laudibus proſequebantur, recens nactus, eo melius mecum actum eſſe duxi, quod ſi eam imprimendam curaſſem, ſtudioſorum, à quibus efflagitabatur, cupiditatem explere potuiſſem. Non fuit difficile aut hoc impetrare ab aucto re humaniſſimo, & ſtudijs iuuandis nato, aut aliquem reperire, cujus nomine liber commendatior in lucem prodiret. Tibi enim proculdubio debebatur. Te enim vnum ex omnibus præcipue colit, atque admiratur, non

Alpinus modo, ſed etiam Franciſcus Craſſus, tuus olim auditor aſſiduus, qui hanc radicem noſtro æuo ignotam Italis, ac Tranſalpinis, ſemel & iterum ex remotiſſimis regionibus huc aduehendam curauit, & Alpino dono dedit: ita vt nemo ſit, quem tibi anteponam. Accedit gentis tuæ ſplendor, ſatis ipſe notus per ſe, & feliciore doctorum virorum ſtylo celebratus Cumulantur hæc omnia animi tui bonis, præcipuè vero humanitate, litteris interioribus, atque ea medicinæ cum docendæ, tum faciendæ peritia, vt inter non paucos excellas pleroſque omnes breui ſuperaturus. Neque enim eſt quiſquam, quin ſibi perſuaſerit, vt parta iam gloria peperit expectationem, ita expectatio ſit gloriam multo maiorem paritura. Hæc igitur me, vt hunc tibi libellum dicarem, adduxerunt. Tu cum maxima voluntatis erga te meæ acceſſione cumulatum, vt ſpero, & cupio, boni conſules. Vale Patauij. Die 30. Maij. 1612.

RHAPONTICVM THRACICVM

PROSPERI ALPINI MAROSTICENSIS.

DE RHAPONTICO

Diſputatio in Patauino Gymnaſio habita.

De Rhapontici planta, quam proximis annis in Rhodope Thraciæ monte viuere compertum eſt, cur agendum ſit.

Cap. I.

QVOD Rheum, ſeu Rhaponticum fuerit perpetuò magni vſus ad medicinam, & ad præclariorem quoque antidotorum compoſitionem magnopere deſideratum, atque longo tempore omnibus medicis, pharmacopeiſque ignotum (proximis enim ætatibus, non ſine magno artis medicæ, & dedecore, & mortalium damno, pharmacopei pro Rhapontico ſubſtitutis vtebantur) vtile fore exiſtimauimus, ſi de hoc medicamento præſenti hoc anno, priuſquam legendi finem faciamus etiam ageremus, vobiſque demonſtraremus nos verum Rhaponticum antiquorum habere. Præſertimque cum abhinc quadriennium (diuino bene aſpirante numine) factum ſit (quod iam diu multum, multumque deſiderauimus) vt rhei ſiue rhapontici plantam antiquorum legitimam, Rhaguſio, opera perilluſtris, & excellentiſſimi philoſophi, medici, & in ſimplicium medicamentorum ſtudio non parum e-

xer-

exercitati, Franciſci Craſſi Rhaguſini, Patauium conuectam, nacti fuerimus: (cui profectò viro & nobili, & præliberali, huius ætatis medici ſtirpiumque cognitionis ſtudioſi plurimũ debebunt, vt pote qui rhei plantam in Italia a nullis antea viſam, nulliſque cognitam, pro multa ipſius liberalitate & videre, & cognoſcere potuerint. Hæc (inquam) planta ter ex Thraciæ montibus Rhodopæis vocitatis (in quibus ſponte naſci, & viuere eã plantam ab aliquibus fuerat prius animaduerſum in planitie) fontem Hebri fluminis poſita, eruta Rhaguſium delata in itinere propè interierat, ſed poſtea denuo ex iiſdem natalibus procurata Rhaguſium viuens deducta eſt, quæ deinde Patauium incolumis conuecta, mihique à prædicto Franciſco Craſſo dono data in ſecretiori meo hortulo fuit repoſita. Quæ ibi opportunum ſibi ſolum nacta, ita per bellè multos annos vixit, & mire aucta eſt, vt meritò quadam veluti inſita maieſtate ex ampliſſimis, latiſſimiſque folijs mira arte ita confectis, ex caule, floribusque multis candicantibus, non iniocundè etiam olentibus, à multis hactenus herbariæ cognitionis ſtudioſis, atque ab innumeris ferè alijs viris nobilibus, illuſtriſſimiſque plurimum admirata fuerit, multiſque laudibus concelebrata. Hæc (vt ipſam deſcribamus) folia habet magna, ampla, quadamtenus ad lappæ magnæ figura accedentia, ſed longe maiora tamen, et latiora, ad magna Colocaſſia Aegyptiaca folia itidem multum inclinantia: Veruntamen ea ab his, atque ab alijs omnibus ipſa formam differentem habent, atque ita, vt nullum folium in alijs plantis animaduertatur, quod ſitu huſce plantæ folia exactè referre, atque æmulari videatur. Id verò proprij habent, vt ipſa in circumferentia quibuſdam miris circumuolutionibus agantur, quibus magnas cauitates exprimere videntur. Colore verò viridi

in nigrum, terram verſus inclinante ſpectantur, neque procumbũt, at ſurſum in aërem ex ſuis pediculis longis, latis, craſſis, intus cauis, extrà conuexis feruntur. Quæ folia cum pediculis ſine odore ſunt, ſapore verò linguã ſubacetoſo haud iniucundo afficiunt. Planta vero caulem è medio foliorum producit vnicum vt ſemel in hac planta vidimus, cubitalem, & ampliorem etiã, folijs concolorem, ſed quadantenus ad rubrum declinantem, ſtriatum, geniculatũ, à cuius geniculis ramuli recti exeunt duo vel tres vtrimque, cum vnico foliolo circa cacumen in alios multos ſcopæ modo expanſos, diuiſi, floſculis albis, floribus ſambuci ſimilibus; racematim vndequaque congeſtis, contecti. Porrò flores non iniucundè olent, guſtuique ſaporem ſubacidum gratumque inducũt. Ab ipſis ſemina producuntur, parua figura triquetra, nigreſcentia, ſuis paruis folliculis incluſa, Hippolapathi ſeminibus omnino ſimilia. Planta nititur radicibus multis ab uno germine, uel à multis gracilibus, centaurei maioris ſimilibus, ſed minoribus, ſtatim à terra erutis colore ex toto ruffis nigreſcentibus, ſed poſtea radices ſiccatæ exterius nigro colore ſpectantur, interiusq; rufæ exiſtũt, germini vero non rectè in terrã deorſum, ſed oblique aguntur, atque protenduntur. Quæ radices etiam ſtatim è terra effoſſæ ſine odore ſunt, ſubſtantiamque raram, laxam, leuem, atque rufam habent, quæ commanducata croci colore tingit, & ſi pluſculum in ore agitet, glutinis modo lenteſcit, ſubacremque non expertem alicuius leuis amaritudinis ſaporem guſtui infert. Hæc planta, vt deprehenſum eſt, ſingulo triennio abſoluto floret, atque ſemina producit. Quæ in agro Patauino ſata ita facile naſcuntur, vt ſperandum ſit, breui tempore rhapontici plantam vbique locorum propagatam iri. Vnde medici, & pharmacopæi nõ amplius opus habeant iſtiuſce plantæ radices pe-

terè

rere ex longinquis regionibus, in quibus naſcũtur, nempe ex Scythia, vel Thracia locis ipſius natalibus. Hac noſtra quoque ætate hanc plantam abundantius in Scythiæ campis viuere Ioannes Quirinus Cinglerus Germanus, philoſophus, medicus, & in ſimplicium medicamentorum ſtudio apprimè eruditus, ab hinc annos multos, cùm Scythiæ loca perluſtraret, obſeruauit: inquit n. ſe in ipſius campis hanc plãtam latiùs olim viuentem offendiſſe, & obſeruaſſe. Medicumque Italum ibi medicinæ cauſa commorantem cognouiſſe, qui agrum habebat rhaponticis refertiſſimum, quorum profectò radices, lucri cauſa, quotannis ad exteras nationes tranſmittebat. Ex cuius ſanè viri relatione perſpectum habui (vbi ipſe, qui meam rhapontici plantam nũquam viderat, neque vidit, Scythicam rhei plantam diligentiùs mihi delineaſſet) Thracicum rhaponticum, quod iuxta montes Rhodopæos naſcitur, quodque in Patauino horto nunc alitur, idem eſſe cum Scythico ab eo viro conſpectum, atque obſeruatum. Itaque iſtiuſce plantæ, quam in horto nunc habemus, occaſione, cum nos rhapontici cognitionem ſatis manifeſtam conſecuti fuerimus, eandem quoque vobis communicare uolentes, de Rhapontico hoc etiam anno, priuſquam lectionibus huius anni finem imponamus, publicè in ſcholis verba facere inſtituimus. De quo quidem in præſentià ſermonem habituri, primum quid rhaponticum antiquorum fuerit cognoſcere operã dabimus. Secundò, an hoc noſtro æuo habeatur, & cognoſcatur: Qualiaque medicamẽta fuerint à multis pro legitimo rheo propoſita. Tertiò, an Rhapontici planta fuerit veteribus cognita, atque an hac ætate alicubi viuat, & cognoſcatur. Quartò, Thracicam Rhapontici plantam Lapathi genere comprehendi demonſtrabimus & quot ſint ipſius genera conſiderabimus, & ex radicibus lapatho-

rum, quæ ad rhaponticum, quibus veteres medici vtebantur, accedant, quibuſque ſignis à legitimo diſtingui debeant. Atque demum de rhapontici viribus, atque vſibus medicinæ opportunis loquemur. Hiſque omnibus perſpectis, probeque cognitis, addemus accuratiſſimam & plantæ iſtius, & radicum oſtenſionem.

Rhaponticum quibus nominibus varijs gentibus innotuerit, quidque ipſum fuiſſe conſtet.

Cap. II.

RHA, & rheon Græcis primum vocata fuit radix quondam medicinæ vſui maximè cognita, à Scythiæ Rha flumine nunc Volga dicto (quoniam iuxta ipſius ripas, vt Ammianus Alexandrinus in libr. 22. ſuarum hiſtor. eſt auctor, eam plantam viuere deprehenſum fuerat) appellata. Deinceps verò rheuponticum, & Rhaponticum dictum eſt, aut à Ponto ipſius ſolo natiuo, vt Marcellus Virgilius voluiſſe viſus eſt, aut quod primo ipſum in Pontum conuehi cœperit, ex locis ſcilicet ſupra Boſphorū Thracicum, in quibus familiarius naſcebatur, vtpote ex Scythiæ planiciebus iuxta ſupercilia fluuij Rha tunc temporis nominati, qui altera flexione, vt à Geographis traditum eſt, Tanai fluminis, quod in Pontum Euxinum labitur, appropinquat. Itaque rheon, aut rha, vel quia Ponti radix fuit, vel quod primum in Pontum delata, ad alias exinde nationes dimittebatur, propterea ibi quaſi nomen, cognomenque nacta, Rhaponticum dicta eſt. Quare & Meſuē hanc fortaſſe radicem rha Turcicū haud iniuria appellaſſe aliqui exiſtimarunt,

à Tur-

à Turcis nimirum, qui olim ultra Tanaim ſedes habuerunt prope Sarmatas Zygos, nunc Circaſſios dictos in patentibus illis cãpis Rhaponticum ad exteras nationes mittebant. Turcæ verò ipſum rhauend primi appellauere, à quibus poſtea & Arabes eodem nomine vſi fuerunt. Et exinde etiam, quia radix barbarica (vulgo rhabarbarum dicta), quæ ex India locis aſportari poſtea cœperat (quòd cum rhauend magnam ſimilitudinem in radice, colore, ſaporeque, & viribus habere viſa fuerit) idcirco Arabes cum primum ad ipſos ex india delatam hanc vidiſſent, eodem nomine & ipſam dixerunt, ſcilicet perſuaſi Rhaponticum à Barbara radice ſpecie non differre. Horum verò aliqui à natalibus, ex quibus radix deferebatur, rhauendſeni, à Chinę regione, in qua naſci eam radicem putabant, nominarunt, aut Scen, vel Cin à Scenitis Parthorũ natione, qui Aria, & Margianæ montes habitant, in quibus rhabarbarum prouenit. Namque Arij, Margiani, Aracoſij, & alij populi prouinciæ Tangut, Campionenſibusque finitimi, communi vocabulo Cini, & Maucini etiam hac ætate nominantur; & optimum quoque rhabarbarum rhauend Succuir à quibuſdam dictum eſt, quod ſcilicet naſcitur in montibus Succuir, ciuitati poſitæ in prouincia Tangut proximis. Hiſque nominibus Rha ſeu Rheon antiquis innotuit. Quibus præmiſſis, quid Rha, ſeu Rheon, ſeu Rhaponticum, ſeu rhauend fuerit apud antiquos, nunc ſupereſt cognoſcendum. Cum vero ſimplicium medicamentorum cognitionem ex vno præſertim Dioſcoride venari, atque aſſequi teneamur, meritò primùm quæ ipſe de hoc medicamento poſteritati tradiderit,
„ ſunt à nobis animaduertenda. Inquit autem: Rha aliqui rheon, In lib. 3 de ma med. c.
„ aliqui rhiam, latini Rhaponticum vocant prouenit in ijs, quæ ſu-
„ pra Boſphorum ſunt, regionibus, ex quibus affertur. Radix ni-

» gra centaureo magno ſimilis, ſed minor, ac intus rubicundior, la-
» xa, ſeu fungoſa, aliquantum leuis, ſine odore: optimum habetur
» quod teredines non ſenſit, ſi guſtatum cum remiſſa adſtrictio-
» ne lenteſcat, manducatumque colorem reddat pallidum, aut quo-
» dammodo ad crocum inclinantem. Hactenus Dioſcorides de Rhapontico. Ex quibus quidem nobis conſtat Dioſcoridis ætate Rhaponticum radicem fuiſſe centaureo magno ſimilem, minorē tamen, exterius quippe in cortice nigram, interius ruffam: quæ cum mandebatur, tingebat pallido colore ad crocum inclinante: cuius ſubſtantia fungoſa, & aliquantum leuis erat, ſine odore: quæque guſtata, cum remiſſa adſtrictione in ore lenteſcebat. Serapio ex Dioſcoride addidit ſaporem amarum, quem saporē nulli codices ex ijs, qui nunc extant, habent. Auice. ait in ipſa eſſe amaram ſubſtantiam. Galenus verò ſcripſit, quod ſi pluſculum mandatur, ſubacrem ſaporem edere. Veritas eſt, Rhaponticum habere ſubacrem ſaporem cum leuiſſima amaritudine, vel eſſe cum leui excalfactione ſubamarum. Dioſcorides nullum eius ſaporem, vt ex Græcis codicibus, qui nunc extant, colligitur, expreſſit, fortaſſe, quia ſapor amarus & calidus ſit admodum obſcurus, qui non niſi (vt Galenus animaduerterat) in ore pluſculum radice agitata, ſentitur. uel etiā quia pro ſapore exprimendo ſat fuiſſe crediderit dixiſſe (manifeſtiorem ipſius ſaporem notando) quòd guſtatum in ore cum leui adſtrictione lenteſcat. Cæterum ex Galeno redditur admodum confuſa, atque incerta cognitio de adſtrictione in hac radice obſeruata, atque de ipſius ſubſtantia, quando viſus fuerit nobis expreſſiſſe optimum Rhaponticum, ſyncerum, non adulteratum eſſe vehementer adſtringens, & ex toto ipſius ſubſtantiam eſſe compactam, quandoquidem adulteratum (vt inquit) remiſſam habeat adſtrictionem,

In II. Sim. p. c. 206. In libr. 2. trac. 2. c. 585. In 1. de antid. ca. 14.

&

& ſubſtantiam non compactam, ſed laxam. Antiqui enim Rhaponticum hac ratione (inquit ille) adulterabant: Erutas è terra radices in aqua ebulliebant, qua ebullitione ſuccum à radicibus extrahebant, in quo virtus præcipua ac maxima conſiſtit, ſeruabantque ad vſum, & radices ita elixatas poſtea ſiccabant, ſiccatasque vendebant, atq; hoc erat Rhaponticũ adulteratum ex Galeno. Quam rem Galenus nobis ita expreſſit dicens: In Rheo In 2. de antid. ca. 14.
„ quoque fraus committitur. Nam quibuſdam in locis naſcitur, ſimul-
„ atque euulſum eſt, ipſum elixant, quo ſuccum remittat, ac tam
„ ſuccum vt ſyncerum & aqua impermixtum, quam rheon exic-
„ catum vt non elixum ad nos poſtea mittunt. Quamobrẽ ſcien-
„ tia opus eſt verum ab adulterino diſcernendi, quam facillimè
„ conſequuntur, qui ſuæ ſpontis rheum aliquando viderint. Nam
„ elixi pars, quæ ſub aſpectum venit, denſa per totum & compa-
„ cta non eſt, ſed rarior, & guſtu tentata ſaporem adſtringentem
„ vel nullum vel obſcurum remittit; cum tamen, ſi adulteratũ
„ rheum non ſit, vehementer adſtringat. Hæc Galenus. Quæ ſi vera ſunt, profectò nobis Dioſcoridem pro optimo Rhapontico adulteratum, & non bonum expreſſiſſe liquido conſtabit; ſiquidem dicebat Dioſcorides: Optimum habetur, ſi guſtatum cum remiſſa adſtrictione lenteſcat. affirmabat quoque radicem eſſe fungoſam, & aliquantum leuem. Si autem Rhaponticum ſyncerum & optimum ex Galeno debeat habere vehementem adſtrictionem, & radicem ex toto denſam, & compactam eſſe oporteat, profectò dicendum erit perperam Dioſcoridem docuiſſe optimam rhei radicem fungoſam, & aliquantum leuem eſſe oportere, & guſtatam cum lenta adſtrictione in ore lenteſcere; quinimo res contra ſe habebit, nimirum, quod optima rhei radix (vt Galenus voluit) erit denſa vndique, compacta, grauis, & guſta-

guſta-

guſtata ſaporem vehementer ſtypticum præſeferet. Quid igitur dicemus? quid in hac controuerſia ſtatuendum? An non cum Dioſcoride erit ſentiendum? ſcilicet optimam Rhapontici radicem debere eſſe raram, fungoſam, leuem, cum remiſſa adſtrictione? Certè quidem à nobis ita creditũ eſt: Neque immeritò ſanè, cum omnes, qui de tẽperamento, & facultate rhei radicis ſcripſerunt, affirmauerint Rhaponticum quiddam terreſtre frigidum, quo adſtringat, habere, non multum, quo multũ adſtringat; atque miſtam habere aeream ſubſtantiam, qua neceſſa eſt, ipſam radicem non oportere ex toto denſam & compactam eſſe, ſed aliquanto laxam & leuem, vt Dioſcorides expreſſit. Quid amplius? an non ipſemet Galenus in libris ſimplicium confirmaſſe viſus eſt Dioſcoridis ſententiam, quod nimirũ radix Rhapontici ſit laxa, & aliquantum leuis, cum leui & non multa adſtrictione. Hoc ſanè ex ipſius verbis apertiſſimè cognoſcitur. Cum ita de Rhapontico ſcripſerit: Reum (quidam id Rha nuncupant) mixtam habet tum temperaturam, tum facultatem: habet enim quiddam terreſtre frigidum, cen indicio eſt adſtrictio, & adiuncta eſt quodam illi caliditas: ſiquidem ſi pluſculum mandatur, ſubacre conſpicitur. Quinetiam aereæ cuiuſdã ſubſtantiæ ſubtilis eſt particeps: quod indicat tum laxitas, tum leuitas. Ex quibus verbis conſtat Rheum aliquid adſtrictionis habere, cum dicat quippiam terreſtre frigidum habere, non multũ, in quo multa adſtrictio fundatur: ergo non vehemens adſtrictio optimo Rhapontico ineſſe poterit, cum terrena ſubſtantia, in quo adſtrictio conſiſtit, modica ſit. Quid clarius? Fatetur poſtea ex aereæ ſubſtantiæ mixtione radicem habere laxitatem, & leuitatem. Quæ omnia ijs, quæ in primo de antidotis ſcripſerat, planè videntur contraria. Vnde ſuſpicari meritò poſſumus, eum, quo

In 8 lib. ſimpl.

tem-

tempore ſcripſerat libros de antidotis, haud probem Rhapontici cognitionem habuiſſe. Contraria ijs, quæ ibi Galenus ſcripſit, Auicennam quoque tradidiſſe conſtat. Ita enim ſcribit: Quandoque adulteratur hoc modo: Decoquitur, & aſſumitur eius aquoſitas, & deſiccatur ſuccus eius, deinde exiccatur ſubſtantia eius poſt illud, & venditur ſicut eſt: & purũ eſt vehementius, rarum, & minus ſtypticum, & eſt croceæ tincturæ. Et poſtea idẽ affirmans dicens: & qđ de ipſo purũ eſt, eſt minus ſtypticũ. Itaque ex ijs colligimus cum Dioſcoride, radicem Rhapontici, quæ optima eſt, oportere eſſe leuiter adſtringentem, raram, & aliquantum leuem. Notandum tamen ex ijs radicibus illas, quæ annoſiores ſunt, duriores magis, magiſque adſtringentes eſſe, minus laxas, minuſque leues, quam ſint iuniores, & teneriores; hæ namque laxioris, & leuioris ſubſtantiæ exiſtunt, & minus adſtringũt. Quas iuniores Galenũ pro adulteratis, ſcilicet elixatis, in primo de antidotis forſitan accepiſſe ſuſpicamur. cum hæ ſint minus probandæ ad vſum medicinæ, quam illæ, quæ adultioris ſunt ætatis, annoſioreſque: nam hæ duriores, & compactiores ſunt, & plus iunioribus adſtringunt: Vnde has fortaſſe credidit Galenus eſſe, quę ſua ætate non adulteratæ, ſed ſynceræ ab omnibus æſtimabantur. Plinium quoque ſuum Rheũ, quod Rhacoma ab ipſo dictum eſt, notis & ſignis à Dioſcoridis Rhapontico haud diſſimilibus depinxiſſe conſtat: Cum ita de eo ſcripſerit: Rhacoma affertur ex ijs, quæ ſupra Pontum ſunt, regionibus. Radix coſto nigro ſimilis, minor, & ruffior paulo, ſine odore, calfaciens guſtu, & adſtringens: eadem trita vini colorẽ reddet, ad crocum inclinantem. Inclinat enim hæc radix ad calidum, cum aliquali ſtiptica facultate. Hæc ſunt, quæ pro cognoſcenda rhei radice fuerant à nobis præmittenda, atque animaduertenda.

In lib. 2 tracta. 2 c. 585
In li. 27. hiſt. nat. c. 12.

da. De illius verò radicis planta neminem veterum ſcriptorum ſcripſiſse conſtat, vno quodam excepto Heſiodi antiquiſſimo commentatore (quam rem nos poſterius diligentius conſiderabimus) qui dixiſse viſus eſt lapathi radicem olim Rheum appellatam fuiſse.

An hac ætate verum Rhaponticum antiquorum ad nos conuehatur, atque cognoſcatur.

Cap. III.

SVperiori ætate antiquorum Rhaponticum nobis minimè notum fuiſse, eo argumento deprehendimus, quod non paucos pro ipſo ſubſtitutis vſos fuiſse conſtet. Alij namque ex pharmacopæis, & medicis, rhei loco radice centaureæ maioris ad medicinæ vſum vſi fuerunt; cuius quidem plantam incolę montis Sancti Angeli, in quo copioſius prouenit, in Apulia Rheuponticum appellare Andreas Matthiolus eſt auctor. Alij illiuſce plãtæ, quam Lobelius Rhacapitatum nominauit, radicem pro Rhapontico ſubſtituerunt. Non pauci verò cum rhabarbarum, tum ipſius rhabarbari radices graciles, caudatas vè Rheum antiquorum eſſe voluerunt cuius opinionis Aegyptios medicos fuiſſe eo tempore, quo in Aegypto medicinæ exercendæ cauſa olim demorabamur, animaduertimus, ſcilicet quod rhabarbari radices eas paruas, gracileſque crederent legitimum Rhaponticum antiquorum. De qua re nos paulo poſt accuratius. Harum verò ſtirpium radices pro Rhapontico non eſſe recipiendas, neminem medicorum, qui ſedulo in ipſis Rhei veri notas recognoſcere voluerint, latere putamus, nam quis (quæſo) recipiet pro Rheo cen-

taurę

*taurij magni radicem? Cum ſit radix centaurei magni à Rha-
pontico ſpecie diſtincta? neque ſit laxa, & leuis, neque gu-
ſtata cum remiſsa adſtrictione lenteſcat, neque rufa ſit, vt ex-
preſsit Dioſcorides, qui inquit Rhei radicem centaurei magni
radice eſſe rufiorem, ſeu rubicundiorem. Centaurei enim radix
dura eſt, denſa, grauis, nigra ferè ex toto, licet intus ex rubro ni-
greſcat. Hæc, inquam, ſuperiori ætate, magno ſanè artis pharma-
copeicæ cum dedecore, locum habuit in medicinæ vſu pro Rheo
antiquorum. Quid de rhacapitato Lobelij dicemus? Cuius qui-
dem radicem verum antiquorum Rheum, ſiue Rhaponticum
eſſe Lobelius nobis tradidit? Profectò hanc radicem minus e-
tiam, quàm conueniat centaurei magni radix, cum Rheo conuenī-
re, ipſamque eſſe magni centaurei ſpeciem affirmare auderemus.
At quid de rhabarbaro, quæ radix pro vero antiquorum Rha-
pontico perperam à multis recepta eſt, dicemus? An non viri a-
lioquin eruditiſsimi mordicus tenuerunt Rhaponticum anti-
quorum, atque rhabarbarum vulgo vocatum, vnum idemque
eſſe medicamentum? Huius opinionis primas auctor fuiſſe vi-
ſus eſt Ioannes Ruellius, quem & Aloyſius Anguillara, at-
que alij itidem multi fuerunt ſecuti. Nos olim Aegyptios medi-
cos, & pharmacopœos iſtius opinionis fuiſſe animaduertimus,
qui rhaued nomine nihil aliud, quam rhabarbarum, ad vſum
medicinæ cognouerunt. Quid vero de hoc dicendum? Nos, pace
tantorum virorum, non dubitabimus affirmare illos in rhei co-
gnitione maximè fuiſſe hallucinatos. Quomodo enim (ſi vera
fuerunt, quæ Dioſcorides, atque alij ex veteribus ſcriptoribus
de Rhapontico ſcripſerunt, ſcilicet, quòd radix fuerit centaureo
magno ſimilis, nigra, minor tamen, ſine odore, guſtata cum ali-
quanta adſtrictione in ore lenteſcens, laxa, aliquantumque leuis)*

radix rhabarbari cum ſit magna, craſſa, denſa, grauis, rheum antiquorum eſſe poterit? quomodo, inquam, eſſe poterit, cum ſit odorata, neq; commanducata in ore glutinis mō lenteſcat, ſed potius linguā exaſperet, intenſeq; amara ſit, & ualenter purgatoria? Neque eſt, quod ij reſpondeant, haſce radices, rheum Ponticum ſcilicet, ac Barbaricam radicem, aliquantum inter ſe differentes, reddi primum ex cæli, in quo naſcuntur, & uiuunt, uarietate, quando rheum naſcatur in Scythiæ locis vehementer frigidis, & barbarica radix in Indiæ locis vehementer calidis. deinde ex radicum maturitate, atque immaturitate, ſeu perfectione, & imperfectione. Dicunt enim Rhei radices idcirco, quod naſcantur in cælo admodum frigido, eſſe admodum uiribus imperfectas, & ob hanc cauſam non augeri ad eam magnitudinem, qua radix barbarica cernitur, neque eſſe odoratas, neque habere eā vim ualenter purgatoriam, qua barbarica radix prædita eſt. Vel hoc idem euenire etiam quod radix, quæ pro rheo affertur, ſit eadem barbarica radix, ſed quæ iunior ſit, minimeque ad cō ſtam magnitudinem aucta. unde cum imperfecta ſit, mirū non eſſe, ſi neque ſit magna, neque odorata, neque purgatoria. Cum ad haſce illorum rationes doctiſſime ab Andrea Matthiolo in doctiſſimis ſuis ad Dioſcoridis libros commentarijs fuerit reſponſum, non eſt opus, vt nos quoque ad ipſas ijſdem reſpondeamus, ſiquidem à Matthioli argumentis ipſos plane uictos fuiſſe conſtet. Hoc ſolummodo dicemus, quomodo eſſe queat, quod vna eademque planta natalia ferat oppoſitū, contrarijque temperamenti? quod tamen fatendum erit, ſi concedatur Rhaponticum, atque rhabarbarum, unum, idemque eſſe medicamentum. Conſtat ſanè longa experientia comprobatum, & plantas, & animalia habere propria loca natalia, in quibus ſponte naſcuntur, & uiuunt;

uiuunt;

uunt: quæ in cælo contrario ſuis natalibus neque ſpōte naſcūtur, & ibi ſi naſcātur, aut ad ea loca deuehantur, ægerrimè viuunt; neque diu. Quam ob cauſam etiam ex animalibus camelus, pardus, leo, elephas, & alia animalia in calido cælo nata non æquè viuunt in frigido, vt neq; vrſus, lupus, & alia in frigido ambiēte producta pari diuturnitate ſuperſunt in calido. Ex plantis innumeræ in orientalibus locis velut in patria nata, vt ſeptentrione æquè viuant minimè ſunt apta ac diſpoſita. Neque. n. balſamū, neque caſſia barbarica, neque acacia Aegyptiaca, neque tamariſcus, neq; paliurus Athenęs in noſtro cęlo frigidiore viuūt. Quomodo itaque eſſe poterit ut Rhapōticū, & rharbarū, quorū diuerſa tēperamento natalia ſunt, iſtius calida, illius frigida, ſpōte in vtroque cælo, & calido, & frigido naſcantur, & viuant? Qđ verū vtiq; erit, ſi conceſſerimus illis, vt dictū eſt, Rhaponticū & rhabarbaricū vnū, idemque eſſe medicamentum. Fieri profectò poteſt vt rhabarbarū ex India delatū apud nos, ſi ſedulo cuſtodiatur, atque in Scythia ēt in hypocauſtis calidis ſeruatū, aliquantulū viuat; ſicuti rheū econtrà in India locis ad ſeptentrionē expoſitis aliquandiu bene etiā cuſtoditū: at alterutrū in vtraq; plaga ſponte naſci, & copioſius ibi abundare ſi quis credat, vel affirmet, à ratione plane abhorret. Quare non eſt credendū rhei plantā à rhabarbari planta ex natalium diuerſitate ſpecie non differre. Huc accedit, radicē barbaricā figura, & magnitudine diſtingui à Rhapōtico, quando hæc longa, & gracilis; at que illa magna, craſſa, & breuis ſpectetur. Quæ varietatis ratio cū illos, qui rhabarbarū cū Rheo vnū idemque fecerunt medicamētū, non parū turbauerit, atque non minus etiā mercatores, qui ad nos rhabarbarū deferre ſolent; exinde captā eſt, eiuſdem radicis magna, craſſaq; longas, gracileſque fibras, ramos, aut veluti

rum, quæ ad rhaponticum, quibus veteres medici vtebantur, accedant, quibuſque ſignis à legitimo diſtingui debeant. Atque demum de rhapontici viribus, atque vſibus medicinæ opportunis loquemur. Hiſque omnibus perſpectis, probeque cognitis, addemus accuratiſſimam & plantæ iſtius, & radicum oſtenſionem.

Rhaponticum quibus nominibus varijs gentibus innotuerit, quidque ipſum fuiſſe conſtet.

Cap. II.

RHA, & rheon Græcis primum vocata fuit radix quondam medicinæ vſui maximè cognita, à Scythiæ Rha flumine nunc Volga dicto (quoniam iuxta ipſius ripas, vt Ammianus Alexandrinus in libr. 22. ſuarum hiſtor. eſt auctor, eam plantam viuere deprehenſum fuerat) appellata. Deinceps verò rheuponticum, & Rhaponticum dictum eſt, aut à Ponto ipſius ſolo natiuo, vt Marcellus Virgilius voluiſſe viſus eſt, aut quod primo ipſum in Pontum conuehi cœperit, ex locis ſcilicet ſupra Boſphorũ Thracicum, in quibus familiarius naſcebatur, vtpote ex Scythiæ planiciebus iuxta ſupercilia fluuij Rha tunc temporis nominati, qui altera flexione, vt à Geographis traditum eſt, Tanai ſlumini, quod in Pontum Euxinum labitur, appropinquat. Itaque rheon, aut rha, vel quia Ponti radix fuit, vel quod primum in Pontum delata, ad alias exinde nationes dimittebatur, propterea ibi quaſi nomen, cognomenque nacta, Rhaponticum dicta eſt. Quare & Meſuè hanc fortaſſe radicem rha Turcicũ haud iniuria appellaſſe aliqui exiſtimarunt,

à Tur-

à Turcis nimirum, qui olim vltra Tanaim ſedes habuerunt prope Sarmatas Zygos, nunc Circaſſos dictos in patentibus illis cãpis Rhaponticum ad exteras nationes mittebant. Turcæ verò ipſum rhauend primi appellauere, à quibus poſtea & Arabes eodem nomine vſi fuerunt. Et exinde etiam, quia radix barbarica (vulgo rhabarbarum dicta), quæ ex India locis aſportari poſtea cœperat (quòd cum rhauend magnam ſimilitudinem in radice, colore, ſaporeque, & viribus habere viſa fuerit) idcirco Arabes cum primum ad ipſos ex india delatam hanc vidiſſent, eodem nomine & ipſam dixerunt, ſcilicet perſuaſi Rhaponticum à Barbara radice ſpecie non differre. Horum verò aliqui à natalibus, ex quibus radix deferebatur, rhauendſeni, à Chine regione, in qua naſci eam radicem putabant, nominarunt, aut Sceni, vel Cini à Scenitis Parthorũ natione, qui Aria, & Margiana montes habitant, in quibus rhabarbarum prouenit. Namque Arij, Margiani, Aracoſij, & alij populi prouinciæ Tangut, Campionenſibusque finitimi, communi vocabulo Cini, & Maucini etiam hac ætate nominantur; & optimum quoque rhabarbarum rhauend Succuir à quibuſdam dictum eſt, quod ſcilicet naſcitur in montibus Succuir, ciuitati poſitæ in prouincia Tangut, proximis. Hisque nominibus Rha ſeu Rheon antiquis innotuit. Quibus præmiſſis, quid Rha, ſeu Rheon, ſeu Rhaponticum, ſeu rhauend fuerit apud antiquos, nunc ſupereſt cognoſcendum. Cum vero ſimplicium medicamentorum cognitionem ex vno præſertim Dioſcoride venari, atque aſſequi teneamur, merito primùm quæ ipſe de hoc medicamento poſteritati tradiderit,
» *ſunt a nobis animaduertenda. Inquit autem: Rha aliqui rheon,* In lib. 3. de ma. medi. c. 2
» *aliqui rhiam, latini Rhaponticum vocant prouenit in ijs, quæ ſu*
» *pra Boſphorum ſunt, regionibus, ex quibus affertur. Radix ni-*

» gra centaureo magno ſimilis, ſed minor, ac intus rubicundior, la-
» xa, ſeu fungoſa, aliquantum leuis, ſine odore: optimum habetur
» quod teredines non ſenſit, ſi guſtatum cum remiſſa adſtrictio-
» ne lenteſcat, manducatumque colorem reddat pallidum, aut quo-
» dammodo ad crocum inclinantem. Hactenus Dioſcorides de
Rhapontico. Ex quibus quidem nobis conſtat Dioſcoridis ætate
Rhaponticum radicem fuiſſe centaureo magno ſimilem, minorē
tamen, exterius quippe in cortice nigram, interius rufam: quæ
cum mandebatur, tingebat pallido colore ad crocum inclinante;
cuius ſubſtantia fungoſa, & aliquantum leuis erat, ſine odore;
quæque guſtata, cum remiſſa adſtrictione in ore lenteſcebat.
Serapio ex Dioſcoride addidit ſaporem amarum, quem ſaporē
nulli codices ex ijs, qui nunc extant, habent. Auic. ait in ipſo eſ-
ſe amarem ſubſtantiam. Galenus verò ſcripſit, quod ſi pluſcu-
lum mandatur, ſubacrem ſaporem edere. Veritas eſt, Rhaponti-
cum habere ſubacrem ſaporem cum leuiſſima amaritudine, vel
eſſe cum leui excalfactione ſubamarum. Dioſcorides nullum eius
ſaporem, vt ex Græcis codicibus, qui nunc extant, colligitur, ex-
preſſit, fortaſſe, quia ſapor amarus & calidus ſit admodum ob-
ſcurus, qui non niſi (vt Galenus animaduerterat) in ore pluſcu-
lum radice agitata, ſentitur. uel etiā quia pro ſapore exprimen-
do ſat fuiſſe crediderit dixiſſe (manifeſtiorem ipſius ſaporem non
notando) quòd guſtatum in ore cum leui adſtrictione lenteſcat.
Cæterum ex Galeno redditur admodum confuſa, atque incerta
cognitio de adſtrictione in hac radice obſeruata, atque de ipſius
ſubſtantia, quando viſus fuerit nobis expreſſiſſe optimum Rha-
ponticum, ſyncerum, non adulteratum eſſe vehementer adſtrin-
gens, & ex tota ipſius ſubſtantiam eſſe compactam, quandoqui-
dem adulteratum (vt inquit) remiſſam habeat adſtrictionem,

In lib. ſim. p. c. 206.
In libr. 2 trac. 2. c. 585.
In 1. de antid. ca. 14.

& ſubſtantiam non compactam, ſed laxam. Antiqui enim Rhaponticum hac ratione (inquit ille) adulterabant: Erutas è terra radices in aqua ebulliebant, qua ebullitione ſuccum à radicibus extrahebant, in quo virtus præcipua ac maxima conſiſtit, ſeruabantque ad vſum, & radices ita elixatas poſtea ſiccabant, ſiccatasque vendebant, atque hoc erat Rhaponticũ adulteratum ex Galeno. Quam rem Galenus nobis ita expreſſit dicens: In Rheo
» *quoque fraus committitur. Nam quibus in locis naſcitur, ſimul-*
» *atque euulſum eſt, ipſum elixant, quo ſuccum remittat, ac tam*
» *ſuccum vt ſyncerum & aqua impermixtum, quam rheon exucatum vt non elixum, ad nos poſtea mittunt. Quamobrẽ ſcien-*
» *tia opus eſt verum ab adulterino diſcernendi, quam facillimè*
» *conſequuntur, qui ſua ſponte rheum aliquando viderint. Nam*
» *elixi pars, quæ ſub aſpectum venit, denſa per totum & compa-*
» *cta non eſt, ſed rarior, & guſtu tentata ſaporem adſtringentem*
» *vel nullum vel obſcurum remittit; cum tamen, ſi adulteratũ*
» *rheum non ſit, vehementer adſtringat. Hæc Galenus. Quæ ſi*
vera ſunt, profectò nobis Dioſcoridem pro optimo Rhapontico adulteratum, & non bonum expreſſiſſe liquido conſtabit, ſiquidem dicebat Dioſcorides: Optimum habetur, ſi guſtatum cum remiſſa adſtrictione lenteſcat: affirmabat quoque radicem eſſe fungoſam, & aliquantum leuem. Si autem Rhaponticum ſyncerum & optimum ex Galeno debeat habere vehementem adſtrictionem, & radicem ex toto denſam, & compactam eſſe oporteat, profectò dicendum erit perperam Dioſcoridem docuiſſe optimam rhei radicem fungoſam, & aliquantum leuem eſſe oportere, & guſtatam cum leui adſtrictione in ore lenteſcere; quinimo res contrariſſe habebit, nimirum, quod optima rhei radix (vt Galenus voluit) erit denſa vndique, compacta, grauis, &

In 1. de antid. ca. 14.

guſta-

guſtata ſaporem vehementer ſtipticum præſeferet. Quid igitur dicemus? quid in hac controuerſia ſtatuendum? An non cum Dioſcoride erit ſentiendum? ſcilicet optimam Rhapontici radicem debere eſse raram, fungoſam, leuem, cum remiſsa adſtrictione? Certè quidem à nobis ita creditũ eſt. Neque immeritò ſanè, cum omnes, qui de tẽperamento, & facultate rheï radicis ſcripſerunt, affirmauerint Rhaponticum quiddam terreſtre frigidum, quo adſtringat, habere, non multum, quo multũ adſtringat; atque mixtam habere aeream ſubſtantiam, qua neceſsealt, ipſam radicem non oportere ex toto denſam & compactam eſse, ſed aliquanto laxam & leuem, vt Dioſcorides expreſsit. Quid amplius? an non ipſemet Galenus in libris ſimplicium confirmaſſe viſus eſt Dioſcoridis ſententiam, quod nimirũ radix Rhapontici ſit laxa, & aliquantum leuis, cum leui & non multa adſtrictione. Hoc ſanè ex ipſius verbis apertiſſimè cognoſcitur, Cum ita de Rhapontico ſcripſerit. Reum (quidam id Rha nuncupant) mixtam habet tum temperaturam, tum facultatem habet enim quiddam terreſtre frigidum, cui indicio eſt adſtrictio, & adiuncta eſt quædam illi caliditas: ſiquidem ſi pluſculum mandatur, ſubacre conſpicitur. Quin etiam aereæ cuiuſdã ſubſtantiæ ſubtilis eſt particeps: quod indicat tum laxitas, tum leuitas. Ex quibus verbis conſtat Rheum aliquid adſtrictionis habere, cum dicat quippiam terreſtre frigidum habere, non multũ, in quo multa adſtrictio fundatur: ergo non vehemens adſtrictio optimo Rhapontico ineſse poterit, cum terrena ſubſtantia, in quo adſtrictio conſiſtit, modica ſit. Quid clarius? Fatetur poſtea ex aereæ ſubſtantiæ mixtione radicem habere laxitatem, & leuitatem. Quæ omnia ijs, quæ in primo de antidotis ſcripſerat, planè videntur contraria. Vnde ſuſpicari meritò poſſumus, eum, quo

In 8 lib ſimpl.

tem-

tempore ſcripſerat libros de antidotis, haud probam Rhapontici cognitionem habuiſſe. Contraria yſ, quæ ibi Galenus ſcripſit, Auicennam quoque tradidiſſe conſtat. Ita enim ſcribit: Quandoque adulteratur hoc modo: Decoquitur, & aſſumitur eius aquoſitas, & deſiccatur ſuccus eius, deinde exiccatur ſubſtantia eius poſt illud, & venditur ſicut eſt: & purũ eſt vehementius, rarum, & minus ſtypticum, & eſt croceæ tincturæ. Et poſtea idẽ affirmauit dicens: & qđ de ipſo purũ eſt, eſt minus ſtypticũ. Itaque ex yſ colligimus cum Dioſcoride, radicem Rhapontici, quæ optima eſt, oportere eſſe leniter adſtringentem, raram, & aliquantum leuem. Notandum tamen ex yſ radicibus illas, quæ annoſiores ſunt, duriores magis, magisque adſtringentes eſſe, minus laxas, minuſque leues, quam ſint iuniores, & teneriores; hæ namque laxioris, & leuioris ſubſtantiæ exiſtunt, & minus adſtringũt. Quas iuniores Galenũ pro adulteratis, ſcilicet elixatis, in primo de antidotis forſitan accepiſſe ſuſpicamur. cum hæ ſint minus probandæ ad vſum medicinæ, quam illæ, quæ adultioris ſunt ætatis, annoſioresque: nam hæ duriores, & compactiores ſunt, & plus iunioribus adſtringunt: Vnde has fortaſſe credidit Galenus eſſe, quę ſua ætate non adulteratæ, ſed ſynceræ ab omnibus æſtimabantur. Plinium quoque ſuum Rheũ, quod Rhacoma ab ipſo dictum eſt, notis & ſignis à Dioſcoridis Rhapontico haud diſſimilibus depinxiſſe conſtat: Cum ita de eo ſcripſerit: Rhacoma affertur ex yſ, quæ ſupra Pontum ſunt, regionibus. Radix coſto nigro ſimilis, minor, & ruffior paulo, ſine odore, calfaciens guſtu, & adſtringens; eadem trita vini colorẽ reddit, ad crocum inclinantem. Inclinat enim hæc radix ad calidum, cum aliquali ſtiptica facultate. Hæc ſunt, quæ pro cognoſcenda thus radice fuerant à nobis præmittenda, atque animaduertẽda.

In lib. 2 tracta. 2 c. 585

In li. 27. hiſt. nat. c. 12.

da. De iſtius verò radicis planta neminem veterum ſcriptorum ſcripſiſſe conſtat, vno quodam excepto Heſiodi antiquiſſimo commentatore (quam rem nos poſterius diligentius conſiderabimus) qui dixiſſe viſus eſt lapathi radicem olim Rheum appellatam fuiſſe.

An hac ætate verum Rhaponticum antiquorum ad nos conuehatur, atque cognoſcatur.

Cap. III.

SVperiori ætate antiquorum Rhaponticum nobis minimè notum fuiſſe, eo argumento deprehendimus, quod non paucos pro ipſo ſubſtitutis vſos fuiſſe conſtet. Alij namque ex pharmacopæis, & medicis, rhei loco radice centaurei maioris ad medicinæ vſum vſi fuerunt, cuius quidem plantam incolæ montis Sancti Angeli, in quo copioſius prouenit, in Apulia Rheuponticum appellare Andreas Matthiolus eſt auctor. Alij illius ſe plantæ, quam Lobelius Rha capitatum nominauit, radicem pro Rhapontico ſubſtituerant Non pauci verò cum rhabarbarum, tum ipſius rhabarbari radices graciles, caudatas vè Rheum antiquorum eſſe voluerunt cuius opinionis Aegyptios medicos fuiſſe eo tempore, quo in Aegypto medicinæ exercendæ cauſâ olim demorabamur, animaduertimus, ſcilicet quod rhabarbari radices eas paruas, graciliſque crederent legitimum Rhaponticum antiquorum De qua re nos paulo poſt accuratius. Harum verò ſtirpium radices pro Rhapontico non eſſe recipiendas, neminem medicorum, qui ſedulo in ipſis Rhei veri notas recognoſcere voluerint, latere putamus, nam quis (quæſo) recipiet pro Rheo ten-

tam

*taurij magni radicem? Cum ſit radix centaurei magni à Rha-
pontico ſpecie diſtincta? neque ſit laxa, & leuis, neque gu-
ſtata cum remiſſa adſtrictione lenteſcat, neque rufa ſit, vt ex-
preſſit Dioſcorides, qui inquit Rhei radicem centaurei magni
radice eſse rufiorem, ſeu rubicundiorem. Centaurei enim radix
dura eſt, denſa, grauis, nigra fere ex toto, licet intus ex rubro ni-
greſcat. Hæc, inquam, ſuperiori ætate, magno ſanè artis pharma-
copeicæ cum dedecore, locum habuit in medicina vſu pro Rheo
antiquorum. Quid de rhacapitato Lobelij dicemus? Cuius qui-
dem radicem verum antiquorum Rheum, ſiue Rhaponticum
eſse Lobelius nobis tradidit? Profectò hanc radicem minus e-
tiam, quàm conueniat centaurei magni radix, cum Rheo conueni-
re, ipſamque eſse magni centaurei ſpeciem affirmare auderemus.
At quid de rhabarbaro, quæ radix pro vero antiquorum Rha-
pontico perperam à multis recepta eſt, dicemus? An non viri a-
liquin eruditiſſimi noſtri dierum tenuerunt Rhaponticum anti-
quorum, atque rhabarbarum vulgo vocatum, vnum idemque
eſse medicamentum? Huius opinionis primus auctor fuiſse vi-
ſus eſt Ioannes Ruellius, quem & Aloyſius Anguillara, at-
que alij itidem multi fuerunt ſecuti. Nos olim Aegyptios medi-
cos, & pharmacopeos iſtius opinionis fuiſse animaduertimus,
qui rhaued nomine nihil aliud, quam rhabarbarum, ad vſum
medicinæ cognouerunt. Quid vero de hoc dicendum? Nos, pace
tantorum virorum, non dubitabimus affirmare illos in rhei co-
gnitione maximè fuiſse hallucinatos. Quomodo enim (ſi vera
fuerunt, quæ Dioſcorides, atque alij ex veteribus ſcriptoribus
de Rhapontico ſcripſerunt; ſcilicet, quòd radix fuerit centaureo
magno ſimilis, nigra, minor tamen, ſine odore, guſtata cum ali-
quantula adſtrictione in ore lenteſcens, laxa, aliquantumque leuis)*

radix rhabarbari cum ſit magna, craſſa, denſa, grauis, rheum antiquorum eſſe poterit? quomodo, inquam, eſſe poterit, cum ſit odorata, neq; cõmanducata in ore glutinis mõ lẽteſcat, ſed potius linguã exaſperet, intẽſeq; amara ſit, & ualenter purgatoria? Neque eſt, quod ij reſpondeant, haſce radices, rheum Ponticum ſcilicet, ac Barbaricam radicem, aliquantum inter ſe differentes, reddã primum ex cælo, in quo naſcuntur, & uiuunt, uarietate, quando rheum naſcatur in Scythiæ locis uehementer frigidis, & barbarica radix in Indiæ locis uehementer calidis, deinde ex radicum maturitate, atque immaturitate, ſeu perfectione, & imperfectione. Dicunt enim Rhei radices idcirco, quod naſcantur in cælo admodum frigido, eſſe admodum uiribus imperfectas, & ob hanc cauſam non augeri ad eam magnitudinem, qua radix barbarica cernitur, neque eſſe odoratas, neque habere eã uim ualenter purgatoriam, qua barbarica radix prædita eſt. Vel hoc idem euenire etiam, quod radix, quæ pro rheo affertur, ſit eadem barbarica radix, ſed quæ iunior ſit, minimeque ad cõ[illegible]tam magnitudinem aucta: unde cum imperfecta ſit, mirũ non eſſe, ſi neque ſit magna, neque odorata, neque purgatoria. Cum ad haſce illorum rationes doctiſſime ab Andrea Matthiolo in doctiſſimis ſuis ad Dioſcoridis libros commentarijs fuerit reſponſum, non eſt opus, ut nos quoque ad ipſas iiſdem reſpondeamus: ſiquidem à Matthioli argumentis ipſos plane uictos fuiſſe conſtet. Hoc ſolummodo dicemus, quomodo eſſe queat, quod una eademque planta natalia ferat oppoſita, contrarijque temperamenti; quod tamen fatendum erit, ſi concedatur Rhaponticum, atque rhabarbarum, unum, idemque eſſe medicamentum. Conſtat ſanè longa experientia comprobatum, & plantas, & animalia habere propria loca natalia, in quibus ſponte naſcuntur, & ui-

uunt:

uiunt: quæ in cælo contrario ſuis natalibus neque ſpõte naſcũtur, & ibi ſi naſcãtur, aut ad ea loca deuehantur, ægerrimè uiuunt; neque diu. Quamob cauſam etiam ex animalibus camelus, pardus, leo, elephas, & alia animalia in calido cælo nata non æquè viuunt in frigido, vt neq; vrſus, lupus, & alia in frigido ambiẽte producta pari diuturnitate ſuperſunt in calido. Ex plantis innumerę in orientalibus locis velut in patria natæ, vt ſeptentrione æquè viuant minimè ſunt aptæ ac diſpoſitæ. Neque n balſamũ, neque caſſia catharctica, neque acacia Aegyptiaca, neque tamariſcus, neq; paliurus Athenęi in noſtro cęlo frigidiore viuũt. Quomodo itaque eſſe poterit ut Rhapõticũ, & rharbarũ, quorũ diuerſa tẽperamento natalia ſunt, iſtius calida, illius frigida, ſpõte in vtroque cælo, & calido, & frigido naſcantur, & viuant? Qđ verũ vtiq; erit, ſi conceſſerimus illis, vt dictũ eſt, Rhaponticũ & rhabarbaricũ vnũ, idemque eſſe medicamentum. Fieri profectò poteſt vt rhabarbarũ ex India delatũ apud nos, ſi ſedulo cuſtodiatur, atque in Scythia ẽt in hypocauſtis calidis ſeruatũ, aliquantulũ viuat; ſicuti rheũ econtrà in Indiæ locis ad ſeptentrionẽ expoſitis aliquandiu bene etiã cuſtoditũr at alterutrũ in vtrauis plaga ſponte naſci, & copioſius ibi abundare ſi quis credat, vel affirmet, à ratione plane abhorret. Quare non eſt credendũ rhei plantã à rhabarbari planta ex natalium diuerſitate ſpecie non differre. Huc accedit, radicẽ barbaricã figura, & magnitudine diſtingui à Rhapõtico, quando hæc longa, & gracilis, atque illa magna, craſſa, & breuis ſpectetur. Quæ varietatis ratio cũ illos, qui rhabarbarũ cũ Rheo vnũ idemque fecerunt medicamẽtũ, non parũ turbauerit, atque non minus etiã mercatores, qui ad nos rhabarbarũ deferre ſolent, exinde cæptũ eſt, eiuſdem radicis magnæ, craſſę q; longas, graciléſque fibras, ramos, aut veluti tia.

caudas à Tanguis Incolis effodientibus rhabarbarum in proxi-
mis montibus, de craſſa radice, abſciſſas, & ſeiunctim ſer-
uatas, mercatoribus pro Rhapontico vẽditari. Quæ etſi cen-
taureę magnę magnitudine, atque figura ſimiles quadantenus
videantur, exteriuſque nigreſcant, & intus ruſiores vi-
deantur; tamen fraudem detegit ipſarum intenſa amaritu-
do, odorque acutus, atque etiam quod guſtata in ore non len-
teſcãt, neque laxę, & leues, ſed compactę, & graues exiſtant,
& non expertes facultatis purgatoriæ. Quare neque eę ra-
dices barbaricæ paruæ, graciles, quę rheum referre figura, paruu-
tate, atq; colore videntur, rheum vtiq; eſſe poterunt, cum odo
ratę, intẽsè amarę, graueſq; ſint, nec cum remiſſa adſtrictione
guſtatę in ore lẽteſcãt. Quæ notæ rhei legitimi antiquorum fue-
runt. Quid igitur dicemus? Hac noſtra ętate uerum Rhapenti-
cum deſiderari? Nequaquam, quinimò ab hinc annos multos cę-
piſſe ad nos ex Scythia, Thraciaq; locis aſportari, vt viri alio-
quin doctiſſimi in ſimplicium medicamentorum ſtudio cognoue-
In libr. 5 epiſt. 2. *runt. Manardus ille Ferrarienſis, qui antea crediderat rheum,*
& rhabarbarum idem eſſe ſpecie medicamẽtum, poſtea mutata
In libr. 5. epiſt. vlt. *ſententia, ad Nicolaum Leonicenum ita ſcripſit. Rhaponticum*
primum vidi ego Venetijs in officina ad Medici inſignia è Con-
" *ſtantinopoli allatum, ac deinde alijs pluribus in locis etiam ex*
" *Alexandria conuectum, quod nullis reclamantibus notis uerum*
" *antiquorum Rhaponticum refert. Quam veritatem & Bar-*
" *tholomæus Maranta, & alij per multi cognouerunt. Nunc ve-*
" *rò quiſque poteſt in multis officinis ipſum videre, ſimulque &*
In 1. libr. meth. cognoſ. ſimpl. c. 7. *alia nobiliora medicamenta, quorum cognitio ferè ex toto apud*
medicos, & pharmacopœos proximis ætatibus obſoleuerat. Hoc
vero rheum radix eſt ſemi digitum longa, ſiue radicis fruſtu-
lum

tum in utroque extremo obliquè diſſectum, ſemidigiti longitudine, at craſſitie maioris digiti, exterius in cortice nigricans in rubrum, & interius ruſſa, quæ quando manditur, remiſſa cum adſtrictione, more lenteſcit, obſcuramque acrimoniam aliquatenus amareſcentem guſtui præbet, linguam etiam pallido colore ad crocum inclinante tingit, nullum olfactui odorem exhibens. Quæ radix, nullis reclamantibus notis, verum antiquorum Rhaponticum refert. Sanè hæc radix ſimilis centauro magno exiſtit nigra, ſed minor, & ruſſior intus, & cæteris alijs inſignita notis, quas de Rhapontico Dioſcorides expreſſerat.

Rhapontici planta an fuerit veteribus cognita & an hac ætate alicubi viuat, & qualis ſit.

Cap. IIII.

Poſteaquam Rhapontici radix cognita à nobis eſt, ſupereſt ut de ipſius planta nunc agamus, de qua illud in primis erit diſputandum, an antiqui eam cognouerint, atque poſtremò, qualis nam ex ſtirpibus tunc temporis cognitis pro vero antiquorum Rhapontico à medicis recipi poſſit. Pleriſque creditum eſt antiquos rhei plantæ radicis, quæ medicinæ cauſa ex regionibus ſupra Boſphorum deferebatur, notitiam habuiſſe, nequaquam verò ſtirpis radicem producentis: idque ex eo conſtare, quòd nemo ex præcipuis medicinæ ſcriptoribus Rhapontici plantam docuerit, atque deſcripſerit: Aloyſius vero Anguillarius in ſuis ſimplicium medicamentorum diſcurſibus quendam Ioannẽ Tzetzem Heſiodi commentatorẽ me-

In diſcurſu de rhapontico.

memorat,

morat, qui ſcripſerit lapathi radicē olim rheū ab antiquis fuiſſe appellatā: Hec autem ipſius verba fuiſſe Anguillara expreſſit. λάπαθα γεωργικῶν ἐδέσματα. ἔστι δὲ καὶ λάπαθον βοτάνη καθαρτικὴ [illegible] ἧς ἡ ῥίζα τὸ ῥῆον λέγεται. Ex quibus profectò verbis conſtabit rumicis, ſeu lapathi radicē fuiſſe priſcorum vſitatum rheū, ſiue Rhaponticū. Quam veritatē Andreas Ceſalpinus ſuperiori ano medicus maxime praecelebris planè confirmaſſe viſus eſt, cùm in libro quarto de plantis hęc habeat. Ex

Cap. 15. *hoc genere videtur eſſe rheū ab antiquis appellatū, vt teſtatur quidā Heſiodi cōmentator, qui lapathi radicē rheū appellari aſſerit. Cui ſanè opinioni & noſtrā libēter quoque ſententiā ſubſcribere nunc volumus, poſteaquā legitimā Rhapontici plantā ex Thraciæ montibus Rhodopęis primò Rhaguſiū, & hinc poſtea Patauiū cōuectā nos à perilluſtri & ꝑcellentiſſimo (vti ſuperius meminimus) Franciſco Craſſo dono accepimus, eāque ſedulo inſpeximus, & animaduertimus, quā profectò plantā rumicū ſeu lapathorū magnorū genere comprehendendā affirmare non dubitamus: de qua re paulo poſt nos clarius. Quod verò hec planta (cuius deſcriptionem, & notas audiuiſtis in iſtiuſce diſcurſus principio) ſit verum rheum ſiue Rhaponticū antiquorum, vel hoc vnico argumento cuique noſtrum demonſtrabitur, ſcilicet, quia ipſius radix cum Rheo Dioſcoridis ita conuenit, vt ne vel vna nota, quod ſit legitimū rheum, deſideretur. Quæ veritas cuilibet diligenter in ipſa radice notas animaduertenti, facile innoteſcet; primò n. radix (inquit Dioſcorides) eſt nigra, magno cētaureo ſimilis, ſed minor, & ruſior, fungoſa, aliquantū leuis; ſine odore: optimū habetur, quod teredines non ſenſit, ſi guſtatū cum remiſſa adſtrictione lenteſcat, manducatū que colorē reddit*

dit pallidum, aut ad crocum inclinantem. Quæ notæ Rhapontici Dioſcoridis cum ſingulæ in noſtri Thracici Rhei radice eluceāt, quis, quæſo, dubitabit amplius, radicē noſtri Thracici Rhapōtici eſſe verū Rhaponticū, atque eius radicis plantā itidē Rhapōticū dici oportere? cū præſertim radix ſit centaureo magno ſimilis, ſed minor, exteriuſq; nigra, nimirū ſiccata (cum vero ſtatim effoſſa eſt, & recens, ruſo colore viſitur, ſiccata autē exterius in cortice nigreſcat) interius centaureæ radice ruſior, fungoſa, aliquantū leuis, ſine odore (vel ſtatim à terra eruta, & recens quoq; cuiuſuis odoris expers uidetur) quæ guſtata cum remiſſa adſtrictione in ore lenteſcit, mãducataq; colorē reddit pallidum ad crocum inclinantē. De ſapore eius Galenus inquit, ſi pluſculū mandatur, ſubacrē conſpici. Serapio verò amarum eſſe expreſſit. Vere quidē animaduertitur in Rhei radice, ſi pluſculum mãdatur, ſentiri saporē ſubacrē, & ſenſum obſcuræ caliditatis, atq; ſimul leuiſſimæ amaritudinis, ex quo ambigatur, an eius radicis ſapor uel ad acrimoniã, uel ad amaritudinē vergat. Quē saporē fortaſsè dedita opera tacuit Dioſcorides, ſatis apertiorē, & magis cõſpicuum cum expreſſerit saporē, dicēs Quod in guſtu (ita vertente Marcello Virgilio ex Oribaſio forſitan ita legente) glutinoſum cum leui adſtrictione lenteſcit. Si itaq; verum eſt noſtræ Thraciæ plantæ radicē omnes haſce notas habere, cur ipſius radicis ſtirpē haud Rhaponticum quoq; eſſe dicemus? Atque etiã, cum in Thracia ſponte hæc planta naſcatur ponto contermina, & nō minus in Scythiæ locis, per quę flumē, olim Rha, nunc Volga dictum, labitur, iuxta cuius ripas olim ſponte naſcebatur, vt Ammianus Alexandrinus eſt auctor, exindeq; ipſius radix ad noſtras nationes deferebatur. Addo ego (vt ſuperius quoquē memini) Ioannē Quirinum Cinoglerum Germanum, uirum In lib. 22. hiſt.

pro-

profecti in herbarũ ſtudio maxime eruditũ, mihi aliquãdo affir mauiſſe ſe hanc plantã in Moſcouia (quã olim Scythiam uocarunt) locis copioſius prodire, ac viuere cõſpexiſſe. Sed quid tandẽ dicemus de iis, qui ſibi ipſis perſuaſerunt Rhapontici plantã eſſe centaureæ maioris ſpeciẽ? Aloyſius Anguillarius plantã magni cẽtaurei in monte ſancti Angeli in Apulia incolas rheuponticum appellare tradidit: & Carolus Cluſius centaureum magnũ folio indiuiſo, quod ſupra Olyſſiponẽ naſci obſeruauit, à Luſitanis itidẽ Rhapõticum vocari ſcriptum reliquit. Vnde & Lobelium, virum eruditiſſimum, eam plantam, quam ipſam rhacapitatum nuncupauit, Rhaponticũ eſſe putaſſe aliqui crediderunt. Quod & alias notauimus. Quid igitur dicendum videtur? an non hæ quoque Rhapontici plantæ dicentur? quadantenus à quadã ſimilitudine, quam habẽt cum radice magni cẽtaurei, cui rheũ Dioſcorides cõparauit, poſſe ita vocari, ne cõtẽdamus non inficiamur. At eſſe Rhaponticũ verum antiquorum oĩno negamus, cum radices iſtarum plantarum in nullis ferè cum Rhapontico cõueniant. Quod cum ſuperius ſatis ſuperq; demonſtrauerimus, in præſentia idẽ repetere nolumus. Sed ex his cognitis cumque noſtrũ ſatis fuiſſe demonſtratum putamus plantam, quam nos ex Thracia obtinuimus, eſſe verum antiquorũ Rhapõticũ.

Plantam Rhapontici Thracicam, lapathorum genere comprehendi, & quot ſint ipſius ſpecies.

Cap. V.

C*Vm plantam, quam ex Tracia Rhodopeis montibus accepimus, verum ac legitimum rheum antiquorum eſſe ſatis ſuperque oſtenderimus, reſtat vt cognoſcamus ſub*

quo

que genere plantarum cognitarum hæc planta verè comprehendi queat, qualiſque ſit planta ad cuius genus accedere videatur. Supra in fine ſecundi, & principio quarti capitis diximus, ex Antiquis Ioannem Tzetzum Heſiodi commentatorem lapathi radicem, quondam rheum vocatam nobis tradidiſſe. Vnde Rhaponticum antiquorum ad lapatha quadantenus accedere nuperrime dictum eſt, cuius opinionis complures viri in Botanica cognitione doctiſſimi fuiſſe viſi ſunt. Hieronymus Tragus ſcripſit Hippolapathum, ſiue magnũ lapathum, à Monachis Frãciſcanis rhabarbarum vocatum fuiſſe, ex radicis colore croceo rhabarbari coloris ſimili, atque etiam, quod, vt experientia ſe didiciſſe affirmat, vi purgatoria valeat, qua drachmæ pondere cum ſcriptulo gingiberis epotum perinde ac Rhabarbarum purget bilem, atque pituitam. Quem fortaſſe Leonardus Fuchſius ſecutus radicem itidem magni lapathi ad rhabarbarum accedere credidit, atque ita, vt ipſum, rhabarbari modo, purgare humores ſibi perſuaſum habuerit. Poſt hos herbarum ſcriptores noſtra ætate acceſſit Andreas Cæſalpinus vir vndequaque eruditiſſimus, & qui ipſe rheum antiquorum ex lapathorum genere eſſe credidit. Hi verò ſcriptores, quod rheum, & rhabarbarum, vnum idemque medicamentum fuerint, propterea magnum lapathum rheum antiquorum eſſe facile ſibi ipſis perſuaſerunt. Sed quid nos, qui Thracicam Rhapontici plantam per quadriennium in horto habuimus, eamque aſſiduè obſeruauimus, affirmabimus? Profectò magni rumicis, ſeu lapathi ſpeciem ipſam eſſe negare non poſſumus, neque à magnis lapathis ipſam itidem non poſſe ſegregari, cum hæc planta primo folia Hippolapathi ſiue magni lapathi habeat, duplo tamen (ſi folia adultæ plantæ ſpectemus)

*latiora, longioris trianguli in modũ (licet rotunditatẽ quandam
habeant) efformata, magnæ lappæ magnis folijs figura quadante-
nus ſimilia, ſed duplo (vt modo diximus) ferè maiora, cũ debitã
magnitudinem ætate adepta fuerint. Caulem deinde hæc planta
fert è medio foliorum cubitalem, ſtriatũ, geniculatũ colore viridi
in rubrum inclinante præditum, magni lapathi cauli planè ſimi-
lem: à cuius geniculis exeunt ramuli in multos alios diuiſi, qui
primò floſculis albis vndique conteguntur floribus hippolapathi
proximis, ſed in hoc ab ipſis differẽtes, quia ſunt coloris albi ſam
buci floribus perſimiles non inſuauiter olentes; magni verò lapa
thi flores colore vireſcant. Ab his floribus ſemina parua, nigreſcẽ
tia, triquetra figura, lapathi magni ſeminibus omnino ſimilia
producuntur. Folia, caulis, vt flores ſapore ſubacido haud ingra
to guſtum afficiunt. Radices vero iſtiuſce plantę non rectè deor
ſum in terram, ſed obliquè agũtur, gracilesque ſunt magni cen
taurei perſimiles, minores tamen, è terra ſtatim erutę exterius
ruffo colore in obſcurũ declinantes cernuntur, & ſiccatæ nigre
ſcunt, interius autem rubicundæ; ſuntque fungoſæ, leues, guſtue
cum remiſſa adſtrictione lenteſcentes, ſubacres, cũ leuiſſima ob-
ſcuriſſimaq; amaritudine, & ſi mandantur, tingunt pallido co-
lore ad crocum inclinante. Quæ notæ iſtiuſce plantæ, radicisque
præſertim, ferè omnes in magni lapathi radicibus animaduertũ
tur. Porrò duo hippolapathi, ſeu magni lapathi genera obſeruaui
mus, vnum quod lati foliũ nominauimus, atque iſtud eſt rheũ
noſtrum Thraſicũ, atque alterũ longifolium vocatum: quod iti-
dẽ duplex obſeruatur. Primũ eſt hippolapathum ſatiuum à Lo-
bellio nominatũ. Quã plantam nos pro rhapontico ab hinc plures
annos accepimus Ioanne Pona Veronenſi à pharmacopęo percele
bri, & in medicamẽtorũ cognitione adprimè erudito, mihique a-*

mico

micitiæ vinculo coniunctiſſimo. Secundum vero lappatum, ſeu lapathi longifolij genus magnum multis in locis proueniens eſt id, quod vulgus herbariorũ rhabarbarũ monachorum appellat, & Mattheolus Hippolapathum ſatiuum vocauit. Quod à priori in multis differre deprehenditur, in folijſque præſertim, & in radicibus, folia n. maiora quam in altero animaduertuntur, & in cacumine magis mucronata, neque ſingula ſunt circa pediculum in folij initio perfoliata, qualia prioris magni lapathi conſpiciuntur. In radicibus quoque differentiæ obſeruantur, namque hippolapathi prioris longi folij radices minores ſunt, ac graciliores, deorſumque in terrã recte aguntur, & colore, ſapore, ſubſtãtiaque, dum virides ſunt, noſtri Thracici Rhapõtici radicibus proxime exiſtunt.

Quæ inter radices hippolapathorum, ad rhei radices, quibus antiqui ad medicinæ vſum vtebantur, proximè accedant, illarumque loco à noſtræ ætatis medicis vſurpari poſſint.

Cap. VI.

QVoniã demonſtrauimus hippolapathũ, ſeu lapathũ magnũ noſtrũ, latifoliũ, Thracicum, radicẽ habere, quæ eſt legitimum Rhaponticũ antiquorum, & hippolapathorũ omnium radices figurà, magnitudine, colore, ſubſtantia, atque ſapore ſimiles Thracico quadantenus animaduerti; dubitari non iniuria poterit, an ſingularum harum plantarum radices ſint rheum? Porrò ſuperius dictum eſt cõplures fuiſſe viros aliquin eruditiſſimos, deque re herbaria plurimũ benemeritos illius ſanè opinionis, quòd radix vulgaris hippolapathi ſit

Rhaponticũ antiquorũ, quod & idem cũ rhabarbaro eſſe crediderint, propterea magnũ lapathũ fuiſſe rhabarbarũ à Monachis Franciſcanis nuncupatũ, atq; ab alijs deinceps, tum propter radicis craſſitiem (poſt quinquennium n. hæc planta radicẽ nanciſcitur, magnã, & craſſam Indico rhabarbaro proximã) tũ maximo ob colorẽ, ſubſtantiã, odorẽ, atq; ſaporẽ, rhabarbarum itidẽ fuiſſe appellatũ. Addunt fuiſſe experientia cognitũ, magni lapathi uulgaris radicẽ habere facultatẽ purgatoriam, cuiuſmodi ineſt rhabarbaro ſed minus tamen efficacẽ. Verum enim vero fatemur & nos quoq; magnorum lapathorum radices, priuſque plus immũ, adoleſcant, ſcilicet bimas, vel trimas, ad rheum proxime accedere. Quæ etſi vera eſſe deprehendantur, nihilominus ſolæ radices hippolapathi Thracici noſtri Rhodopes, & Scythici rhei nomine dignę ęſtimari debebunt, cum ipſę ſolæ notas omnes, quas Dioſcorides Rheo tribuit, habere conſpiciantur, atque etiã ne una quidẽ ex legitimis notis Rhaponticũ facientibus, deſideretur, quẽadmodũ à nobis nuperrime fuit demonſtratũ. His proximè accedunt hippolapathi primi longi folij radices ſiccatę, vix enim & forſitan nullo modo poterunt à Rheo Thracico diſcerni: cũ in ipſis ſiccatis omnes notæ eluceant, vt ex illarum oſtenſione cognoſcetis. Vulgaris verè Hippolapathi ſecundi longifolij radices, magis ad rhabarbarum dico adultas, & plurium annorum, ſeu poſt quinque vmium) accedere quã ad rheum videntur, cum ipſę nõ laxo, ſed durę, & cõpactę ſint, graues, grauiter olentes, atq; cũ manifeſtiori amaritudine. Atque hæc de conuenientia & ſimilitudine quã habẽt radices magnorũ lapathorum lõgifoliorum cum vero Rhapontico, id eſt magno lapatho latifolio, à nobis dicta ſufficiunt. Nunc quam breuiſſime Rhei hippolapathique longi folij vires, ac vſus medicos etiam conſideremus.

De

De Rhapontici, & hippolapathi longi folij viribus atque vtilitatibus in medendo cognitis.

Cap. VII.

DIoſcorides de rhei viribus, & cõmodis ad medicinam ſcribens ait: Vis eius eſt adſtringens cũ aliquãto calore. In lib. 3. de mat. med. c. 2. [illegible] ſimp.
» Et Galenus inquit. Rheũ miſtã habet tũ tẽperaturam,
» tum facultatẽ: habet n. quiddã terreſtre frigidum, cui indicio eſt
» adſtrictio, & adiuncta eſt quędã illi caliditas: ſiquidẽ ſi pluſcu
» lum mãdatur, ſubacre cõſpicitur. Qui etiã aereę cuiuſdã ſubſtan
» tię ſubtilis eſt particeps, quod indicat tũ laxitas, tũ leuitas, vero
» rũ & opera. Ob id n. nõ tãtum cõuulſis, ſed et ruptis, & orthop
» noę prodeſt. Sic quoq; liuẽtia & lichenas ſanat illitũ cum aceto.
» Porrò quod adſtrictionis opera haud inſtrenua ſint, hinc diſcere
» licebit, qđ ſanguinẽ expuẽtibus, cęliacis, dyſentericis conferat:
» Nec n. reluctatur terreſtri frigido tenue aereũ, imo eo qđ dedu-
» cat, & in altum pducat valẽtioris effectus cauſa exiſtit. Dioſco-
» rides alios quoq; vſus addidit. ſ. vtilẽ eſſe ad magnos dolores in
flationesq; epotum, & ad lienoſos, hepaticos, coxẽdicoſque dolo-
res, ad ſingultus, ad febrium circuitus, atq; ad venenatos mor-
ſus. Quibuſdã viſum eſt Rhapõtico ineſſe vim purgatoriam, qđ
ꝑperã collegiſſe videtur ex Dioſcoride dicẽte (ut Serapio auctor
fuiſſe viſus eſt) rheum dari morbis malis in quib. datur agari
cus, eadẽq; mẽſura. Pręterea id ex eo cõfirmãt, qđ poſt aſſũptum
hepaticis & lienoſis medeatur, q̃ vtilitatẽ illis viſcerib. affectis
nõ niſi humores purgãdo inducere exiſtimãt. Addimus Franci-
ſcum Craſſũ pręnominatũ relatione accepiſſe, quoddã Monachos
in Thracia prope montẽ Rhodopem habitantes habuiſſe in vſu

fa-

caudas à Tangut Incolis effodientibus rhabarbarum in proximis montibus, de craſſa radice, abſciſſas, & ſeunctim ſeruatas, mercatoribus pro Rhapontico vẽditari. Quæ etſi centaureo magno magnitudine, atque figura ſimiles quadantenus videantur, exteriuſque nigreſcant, & intus ruſiores videantur; tamen fraudem detegit ipſarum intenſa amaritudo, odorque acutus, atque etiam quod guſtata in ore non lenteſcãt, neque laxæ, & leues, ſed compactæ, & graues exiſtant, & non expertes facultatis purgatoriæ. Quare neque eæ radices barbaricæ paruæ, graciles, quę rheum referre figura, paruitate, atq; colore videntur, rheum vtiq; eſſe poterunt, cum odoratæ, intẽsè amarę, graueſq; ſint, nec cum remiſſa adſtrictione guſtatę in ore lẽteſcãt. Quæ notæ rhei legitimi antiquorum fuerunt. Quid igitur dicemus? Hac noſtra ętate uerum Rhaponticum deſiderari? Nequaquam. quinimò ab hinc annos multos cœpiſſe ad nos ex Scythia, Thraciaq; locis aſportari, vt viri alioquin doctiſſimi in ſimplicium medicamentorum ſtudio cognouerunt. Manardus ille Ferrarienſis, qui antea crediderat rheum, & rhabarbarum idem eſſe ſpecie medicamẽtum, poſtea mutata ſententia, ad Nicolaum Leonicenum ita ſcripſit. Rhaponticum primum vidi ego Venetijs in officina ad Medici inſignia è Conſtantinopoli allatum, ac deinde alijs pluribus in locis etiam ex Alexandria conuectum, quod nullis reclamantibus notis uerum antiquorum Rhaponticum refert. Quam veritatem & Bartholomæus Maranta, & alij per multi cognouerunt. Nunc verò quiſque poteſt in multis officinis ipſum videre, ſimulque & alia nobiliora medicamenta, quorum cognitio ferè ex toto apud medicos, & pharmacopæos proximis ætatibus obſoleuerat. Hoc vero rheum radix eſt ſemi digitum longa, ſiue radicis fruſtu- *tum*

In libr. 6 epiſt. 2.

In libr. 5 epiſt. ult.

In 2. libr. mech. cognoſ. ſimpl. c. 7.

ctum in utroque extremo obliquè diſſectum, ſemidigiti longitudine, at craſſitie maioris digiti, exterius in cortice nigricans in rubrum, & interius ruffa, quæ quando manditur, remiſſa cum adſtrictione mox lenteſcit, obſcuramque acrimoniam aliquatenus amareſcentem guſtui præbet, linguam etiam pallido colore ad crocum inclinante tingit, nullum olfactui odorem exhibens. Quæ radix, nullis reclamantibus notis, verum antiquorum Rhaponticum refert. Sanè hæc radix ſimilis centauro magno exiſtit nigra, ſed minor, & ruffior intus, & cæteris alijs inſignita notis, quas de Rhapontico Dioſcorides expreſſerat.

Rhapontici planta an fuerit veteribus cognita & an hac ætate alicubi viuat, & qualis ſit.

Cap. IIII.

P*Oſteaquam Rhapontici radix cognita à nobis eſt, ſupereſt ut de ipſius planta nunc agamus, de qua illud in primis erit diſputandum, an antiqui eam cognouerint, atque poſtremò, qualis nam ex ſtirpibus tunc temporis cognitis pro vero antiquorum Rhapontico à medicis recipi poſſit. Pleriſque creditum eſt antiquos rhei plantæ radicis, quæ medicinæ cauſa ex regionibus ſupra Boſphorum deferebatur, notitiam habuiſſe, nequaquam verò ſtirpis radicem producentis: idque ex eo conſtare, quòd nemo ex præcipuis medicinæ ſcriptoribus Rhapontici plantam docuerit, atque deſcripſerit: Aloyſius vero Anguillarius in ſuis ſimplicium medicamentorum diſcurſibus quendā Ioannē Tzetzem, Heſiodi commentatorē me-* In diſcurſu de radice.

memorat,

moraſ, qui ſcripſerit lapathi radicē olim rheū ab antiquis fuiſſe
appellatū: Hec autem ipſius verba fuiſſe Anguillara expreſſit.
[illegible]
[illegible] . Ex quibus profectò
verbis conſtabit rumicis, ſeu lapathi radicē fuiſſe priſcorum v-
ſitatum rheū, ſiue Rhaponticū. Quam veritatē Andreas Ceſal
pinus ſuperiori æuo medicus maximè præcelebris planè confir-
maſſe viſus eſt, cū is in libro quarto de plantis hęc habeat. Ex
Cap. 19. hoc genere videtur eſſe rheū ab antiquis appellatū, vt teſtatur
» quidā Heſiodi cōmentator, qui lapathi radicē rheū appellari aſſe
» rit. Cui ſanè opinioni & noſtrā libēter quoque ſententiā ſubſcri-
» bere nunc volumus, poſteaquā legitimā Rhapontici plantā ex
Thraciæ montibus Rhodopęis primò Rhaguſiū, & hinc poſtea
Patauiū cōuectānos à perilluſtri & ꝑcellentiſſimo (vti ſuperius
meminimus) Franciſco Craſſo dono accepimus, eāque ſedulo in-
ſpeximus, & animaduertimus; quā profectò plantā rumicū, ſeu
lapathorū magnorū genere comprehendendā affirmare non dubi
tamus: de qua re paulo poſt nos clarius. Quod verò hæc planta
(cuius deſcriptionem, & notas audiuiſtis in iſtiuſce diſcurſus
principio) ſit verum rheum ſiue Rhaponticū antiquorum, vel
hoc vnico argumento cuique noſtrum demonſtrabitur, ſcilicet,
quia ipſius radix cum Rheo Dioſcoridis ita conuenit, vt ne vel
vna nota, quod ſit legitimū rheum, deſideretur. Quæ veritas
cuilibet diligenter in ipſa radice notas animaduertenti, facile
innoteſcet; primò n. radix (inquit Dioſcorides) eſt nigra, magno
» cētaureo ſimilis, ſed minor, & ruſior, fungoſa, aliquantū leuis,
» ſine odore: optimū habetur, quod teredines non ſenſit, ſi guſtatū
» cum remiſſa adſtrictione lenteſcat, manducatūque colorē red-
dit

,, dit pallidum, aut ad crocum inclinantem. Quæ notæ Rhapontici Dioſcorides cum ſingulæ in noſtri Thracici Rhei radice eluceant, quis, quæſo, dubitabit amplius, radicē noſtri Thracici Rhapōtici eſſe verū Rhaponticū, atque eius radicis plantā itidē Rhapōticū dici oporteret? cū præſertim radix ſit centaureo magno ſimilis, ſed minor, exteriuſq; nigra, nimirū ſiccata (cum vero ſtatim effoſſa eſt, & recens, ruſo colore viſitur, ſiccata autē exterius in cortice nigreſcit) interius centaurii radice ruſior, fungoſa, aliquantū leuis, ſine odore (vel ii ſtatim à terra eruta, & recens quoq; cuiuſuis odoris expers uidetur) quæ guſtata cum remiſſa adſtrictione in ore lenteſcit, mãducataq; colorē reddit pallidum ad crocum inclinantē. De ſapore eius Galenus inquit, ſi pluſculū mandatur, ſubacrē conſpici. Serapio verò amarum eſſe expreſſit. Vere quidē animaduertitur in Rhei radice, ſi pluſculum mãdatur, ſentiri saporē ſubacrē, & ſenſum obſcuræ caliditatis, atq; ſimul leuiſſimæ amaritudinis; ex quo ambigatur, an eius radicis ſapor uel ad acrimoniā, uel ad amaritudinē vergat. Quē saporē fortaſſè dedita opera tacuit Dioſcorides, ſatis apertiorē, & magis cōſpicuum cum expreſſerit saporē, dicēs Quod in guſtu (ita vertente Marcello Virgilio ex Oribaſio forſitan ita legente) glutinoſum cum leui adſtrictione lenteſcit. Si itaq; verum eſt noſtræ Thracicæ plantæ radicē omnes haſce notas habere, cur ipſius radicis ſtirpē haud Rhaponticum quoq; eſſe dicemus? Atque etiā, cum in Thracia ſponte hæc planta naſcatur ponto conterminà, & nō minus in Scythia locis, per quæ flumē, olim Rha, nunc Volga dictum, labitur, iuxta cuius ripas olim ſponte naſcebatur, ut Ammianus Alexandrinus eſt auctor, exindeq; ipſius radix ad noſtras nationes deferebatur. Addo ego (ut ſuperius quoquē memini) Ioannē Quirinum Cinoglerum Germanum, uirum In lib. 14. hiſt.

pro-

profecti in herbarũ ſtudio maxime eruditũ, mihi aliquãdo affirmauiſſe ſe hanc plantam in Moſcouia (quã olim Scythiam uocarunt) locis copioſius prodire, ac uiuere cõſpexiſſe. Sed quid tamẽ dicemus de ys, qui ſibi ipſis perſuaſerunt Rhapontici plantã eſſe centaureæ maioris speciẽ? Aloyſius Anguillarius plantã magni cẽtaurei in monte ſancti Angeli in Apulia incolas rheuponticum appellare tradidit: & Carolus Cluſius centaureum magnũ folio indiuiſo, quod ſupra Olyſſiponẽ naſci obſeruauit, à Luſitanis itidẽ Rhapõticum uocari ſcriptum reliquit. Vnde & Lobelium, uirum eruditiſſimum, eam plantam, quam ipſam rhacõtatum nuncupauit, Rhaponticũ eſſe putaſſe aliqui crediderunt. Quod & alias notauimus. Quid igitur dicendum uidetur? an non hæ quoque Rhapontici plantæ dicentur? quadantenus à quadã ſimilitudine, quam habẽt cum radice magni cẽtaurei, cui rheũ Dioſcorides cõparauit, poſſe ita uocari, ne cõtẽdamus non inficiamur. At eſſe Rhaponticũ uerum antiquorum oĩno negamus, cum radices iſtarum plantarum in nullis fere cum Rhapontico cõueniant. Quod cum ſuperius ſatis ſuperq; demonſtrauerimus, in præſentia idẽ repetere noluimus. Sed ex his cognitis cuique noſtrũ ſatis fuiſſe demonſtratum putamus plantam, quam nos ex Thracia obtinuimus, eſſe uerum antiquorũ Rhapõticũ.

Plantam Rhapontici Thracicam, lapathorum genere comprehendi, & quot ſint ipſius ſpecies.

Cap. V.

CVm plantam, quam ex Tracie Rhodopeis montibus accepimus, uerum ac legitimum rheum antiquorum eſſe ſatis ſuperque oſtenderimus, reſtat ut cognoſcamus ſub

quo

quo genere plantarum cognitarum hæc planta verè comprehendi queat, qualiſque ſit planta ad cuius genus accedere videatur. Supra in fine ſecundi, & principio quarti capitis diximus, ex Antiquis Ioannem Tzetzem Heſiodi commentatorem lapathi radicem, quondam rheum vocatam nobis tradidiſſe. Vnde Rhaponticum antiquorum ad lapatha quadantenus accedere nuperrime dictum eſt, cuius opinionis complures viri in Botanica cognitione doctiſſimi fuiſſe viſi ſunt. Hieronymus Tragus ſcripſit Hippolapathum, ſiue magnũ lapathum, à Monachis Frãciſcanis rhabarbarum vocatum fuiſſe, ex radicis colore croceo rhabarbari colori ſimili, atque etiam, quod, vt experientia ſe didiciſſe affirmat, vi purgatoria valeat, qua drachma pondere cum ſcriptulo gingiberis epotum perinde ac Rhabarbarum purget bilem, atque pituitam. Quem fortaſſe Leonardus Fuchſius ſecutus radicem itidem magni lapathi ad rhabarbarum accedere crediderit, atque ita, vt ipſum, rhabarbari modo, purgare humores ſibi perſuaſum habuerit. Poſt hos herbarum ſcriptores noſtra ætate acceſſit Andreas Cæſalpinus vir vndequaque eruditiſſimus, & qui ipſe rheum antiquorum ex lapathorum genere eſſe credidit. Hi verò ſcriptores, quod rheum, & rhabarbarum, vnum idemque medicamentum fuerint, propterea magnum lapathum rheum antiquorum eſſe facile ſibi ipſis perſuaſerunt. Sed quid nos, qui Thracicam Rhapontici plantam per quadriennium in horto habuimus, eamque aſſiduè obſeruauimus, affirmabimus? Profectò magni rumicis, ſeu lapathi ſpeciem ipſam eſſe negare non poſſumus, neque à magnis lapathis ipſam itidem non poſſe ſegregari, cum hæc planta primo folia Hippolapathi ſiue magni lapathi habeat, duplo tamen (ſi folia adultæ plantæ ſpectemus)

latiora, longioris trianguli in modũ (licet rotunditatẽ quandam habeant) efformata, magnæ lappæ magnus folijs figura quadantenus ſimilia, ſed duplo (vt modo diximus) fere maiora, cũ debitã magnitudinem ad ætatem fuerint. Caulem deinde hæc planta fert è medio foliorum cubitalem, ſtriatũ, geniculatũ colore viridi in rubrum inclinante præditum, magni lapathi cauli planè ſimilem: à cuius geniculis exeunt ramuli in multos alios diuiſi, qui primò floſculis albis vndique conteguntur floribus hippolapathi proximis; ſed in hoc ab ipſis differẽtes, quia ſunt coloris albi ſambuci floribus per ſimiles non inſuauiter olentes; magni verò lapathi flores colore vireſcant. Ab his floribus ſemina parua, nigreſcẽtia, triquetra figura, lapathi magni ſeminibus omnino ſimilia producuntur. Folia, caulis, & flores ſapore ſubacido haud ingrato guſtum afficiunt. Radices vero iſtiuſce plantæ non rectè deorſum in terram, ſed obliquè agũtur, gracilesque ſunt magni centaurei per ſimiles, minores tamen, è terra ſtatim erutæ exterius rufo colore in obſcurũ declinantes cernuntur, & ſiccatæ nigreſcunt, interius autem rubicundæ, ſuntque fungoſæ, leues, guſtui cum remiſſa adſtrictione lenteſcentes, ſubacres, cũ leuiſſima obſcuriſſimaq; amaritudine, &, ſi mandantur, tingunt pallido colore ad crocum inclinante. Quæ nota iſtiuſce plantæ, radicisque præſertim, ferè omnes in magni lapathi radicibus animaduertũtur. Porrò duo hippolapathi, ſeu magni lapathi genera obſeruauimus, vnum quod lati foliũ nominauimus, atque iſtud eſt rheũ noſtrum Thracicũ; atque alterũ longifolium vocatum: quod itidẽ duplex obſeruatur: Primũ eſt hippolapathum ſatiuum à Lobellio nominatũ. Quã plantam nos pro rhapontico ab hinc plures annos accepimus Ioanne Pona Veronenſi apharmacopæo percelebri, & in medicamẽtorũ cognitione adprimè erudito, mihique amica-

micitiæ vinculo coniunctiſſimo. Secundum vero lappatum, ſeu lapathi longifolij genus magnum multis in locis proueniens eſt id, quod vulgus herbariorũ rhabarbarũ monachorum appellat, & Matthiolus Hippolapathum ſatiuum vocauit. Quod à priori in multis differre deprehenditur, in folijsque præſertim, & in radicibus, folia n. maiora quam in altero animaduertuntur, & in cacumine magis mucronata, neque ſingula ſunt circa pediculum in folij initio perfoliata, qualia prioris magni lapathi conſpiciuntur. In radicibus quoque differentiæ obſeruantur, namque hippolapathi prioris longifolij radices minores ſunt, ac graciliores, deorſumque in terrã recte aguntur, & colore, ſapore, ſubſtãtiaque, dum virides ſunt, noſtri Thracici Rhapõtici radicibus proxima exiſtunt.

Quæ inter radices hippolapathorum, ad rhei radices, quibus antiqui ad medicinæ vſum vtebantur, proximè accedant, illarumque loco à noſtræ ætatis medicis vſurpari poſſint.

Cap. VI.

QVoniã demonſtrauimus hippolapathũ, ſeu lapathũ magnũ noſtrũ, latifoliũ, Thracicum, radicẽ habere, quæ eſt legitimum Rhaponticũ antiquorum, & hippolapathorũ omnium radices figurã, magnitudine, colore, ſubſtantia, atque ſapore ſimiles Thracico quadantenus animaduerti; dubitari non iniuria poterit, an ſingularum harum plantarum radices ſint rheum? Porrò ſuperius dictum eſt cõplures fuiſſe viros alioquin eruditiſſimos, de qua re herbaria plurimũ benemeritos illius ſanè opinionis, quòd radix vulgaris hippolapathi ſit

Rhaponticũ antiquorũ, quod & idem cũ rhabarbaro eſſe credi-derint, propterea magnũ lapathũ fuiſſe rhabarbarũ à Monachis Franciſcanis nuncupatũ, atq; ab alijs deinceps, tum propter radicis craſſitiem (poſt quinquenniũ.n. hæc planta radicẽ nanciſcitur, magnã, & craſſam Indico rhabarbaro proximã) tũ maxime ob colorẽ, ſubſtantiã, odorẽ, atq; ſaporẽ, rhabarbarum itidẽ fuiſſe appellatũ. Addunt fuiſſe experientia cognitũ, magni lapathi uulgaris radicẽ habere facultatẽ purgatoriam, cuiuſmodi ineſt rhabarbaro ſed minus tamen efficacẽ. Verum enim vero fatemur & nos quoq; magniorum lapathorum radices, priuſque plurimũ, adoleſcant, ſcilicet bimas, vel trimas, ad rheum proximo accedere. Quæ etſi vera eſſe deprehendantur, nihilominus ſolæ radices hippolapathi Thracici noſtri Rhodopes, & Scythicæ rhei nomine dignę ęſtimari debebunt, cum ipſę ſolæ notas omnes, quas Dioſcorides Rheo tribuit, habere conſpiciantur, atque etiã ne una quidẽ ex legitimis notis Rhaponticũ facientibus, deſideretur, quẽadmodũ à nobis nuperrime fuit demonſtratũ. His proximè accedunt hippolapathi primi longi folij radices ſiccatę, vix enim & forſitan nullo modo poterunt à Rheo Thracico diſcerni: cũ in ipſis ſiccatis omnes notæ eluceant, vt ex illarum oſtenſione cognoſcetis. Vulgaris verè Hippolapathi ſecundi longifolij radices, magis ad rhabarbarum dico adultas, & plurium annorum, ſeu poſt quinque annum) accedere quã ad rheum videntur, cum ipſę nõ laxo, ſed durę, & cõpactę ſint, graues, grauiter olentes, atq; cũ manifeſtiori amaritudine. Atque hæc de conuenientia & ſimilitudine quã habẽt radices magniorũ lapathorum lõgifoliorum cum vero Rhapontico, id eſt magno lapatho lati folio, à nobis dicta ſufficiunt. Nunc quam breuiſſime Rhei hippolapathique longi folij vires, ac vſus medicos etiam conſideremus.

De

De Rhapontici, & hippolapathi longi folij viribus atque vtilitatibus in medendo cognitis.

Cap. VII.

DIoſcorides de rhei viribus, & cõmodis ad medicinum ſcribens ait: Vis eius eſt adſtringens cũ aliquãto calore. Et Galenus inquit Rheũ miſtã habet tũ tẽperaturam, tum facultatẽ. habet.n. quiddã terreſtre frigidum, ceu indicio eſt adſtrictio, & adiuncta eſt quędã illi caliditas: ſiquidẽ ſi pluſculũ mãdatur, ſubacre cõſpicitur. Quin etiã aereę cuiuſdã ſubſtantię ſubtilis eſt particeps, quod indicat tũ laxitas, tũ leuitas: vt verũ & opera. Ob id.n. nõ tãtum cõuulſis ſed et ruptis, & orthopnoę prodeſt. Sic quoq; liuẽtia & lichenas ſanat illitũ cum aceto. Porrò quod adſtrictionis opera haud inſtrenua ſunt, hinc diſcere licebit, qđ ſanguinẽ expuẽtibus, cęliacis, dyſentericis conferat: Nec.n. reluctatur terreſtri frigido tenuis aereũ, imo eo qđ id educat, & in altum pducat valẽtioris effectus cauſa exiſtit. Dioſcorides alios quoq; vſus addidit. ſ. vtile eſſe ad magnos dolores inflationesq; epotum, & ad lienoſos, hepaticos, coxẽdicoſque dolores, ad ſingultus, ad febrium circuitus, atq; ad venenatos morſus. Quibuſdã viſum eſt Rhapõtico ineſſe vim purgatoriam, qđ pperã collegiſſe videtur ex Dioſcoride dicẽte (ut Serapio auctor fuiſſe viſus eſt) rheum dari morbis malis in quib. datur agaricus, eadẽq; mẽſura. Pręterea id ex eo cõfirmãt, qđ pos aſſũptum hepaticis & lienoſis medeatur, q̃ vtilitatẽ illis viſcerib. affectis nõ niſi humores purgãdo inducere exiſtimãt. Addimus Franciſcum Craſſũ pręnominatũ relatione accepiſſe, quoddã Monachos in Thracia prope montẽ Rhodopem habitantes habuiſſe in vſu

In lib. 2. de mat. med. c. 2. & 8. ſimp.

ſa-

familiariſſimo purgationis moliendæ gratia Thracicum Rhapon ticum duplicato pondere ad rhabarbarum. Imò refert ex nimis frequenti vſu illarum radicum qui apud eos Monachos atque apud alios inualuit, ita eas plantas rhei ibi naſcentes fuiſse conſumptas, vt nunc pauciſſimæ ibi reperiantur. Vnde etiam illarũ ſtirpium, quibus quodam tempore ea loca abundabant, nunc penuria indigenę eorum locorum laborent. Forſitan ea facultas (ſi tamen aliqua rheo Thracico ineſt, quod nondum experientia deprehendimus) Dioſcoridi, Galeno, atque alijs antiquorum nõ fuerat animaduerſa. Rhapontico Lapathum magnum viribus videtur ita proximum, vt ipſius eſsentia ex duplici ſubſtantia etiam conſtare videatur, partim, ſcilicet, frigida, partim calida. Subſtantia.n. terrena frigida, & craſsa radicis haud inſtrenuè adſtringit, adeo, vt linguam deguſtata, non parum exaſperet, atque in hoc à Rheo differre videatur, quoniam guſtatu in ore non ita lenteſcit. At verò ſubſtantia non parum calida & tenuis, quę acrimonia aliqua ſe prodit, valenter digerit; craſsa verò ſimul & calida à tenui adiuta ſubſtãtia, vi prædita eſt deterſoria, quã nobis indicat ipſius euidens amaritudo non abſque calore percepta. Vnde lienoſis, hepaticis, aſthmaticis epota medetur, non minus, quam præſtet ex aceto illita ad ſanandos & detergendos in diſcoloratione & impuritate ſitos cutaneos affectus. Sed de ipſius purgatoria & deſectoria vi ex aliorum opinione cum ſuprà quædam complexi fuerimus, ne uerbum quidem amplius de hac radice habebimus. Atque hic eſto finis noſtrę tractationis de Rhapontico.

FINIS. L.D.O.M.

Io fra Antonio marco Callamano da Padoa dell'ordinē minore conuentuale di Santo Antonio dottor Theologo del collegio di Padoa de mandato del monſignor Reuerendo Padre inquiſitore hò letto & riletto diligentemente la preſente opera, & non vi ho trouato coſa alcuna contra la Santa fede catholica, ne contro Principi, ne buoni coſtumi, & l'ho ritrouata degna d'eſſer ſtampata, & coſi ne faccio fede di mia mano propria.

Idem qui ſupra manu propria Fidem facit

Qua ſtante fide Reuerendus Pater Inquiſitor concedit quod imprimatur.

Frater Zaccarias Inquiſitor qui ſupra.

Imprimatur, Octa. Liu. pro Sereniſſima Republ. Veneta.

TAVOLA DE' CAPITOLI

Cap. I.

De Rhapontici planta, quam proximis annis in Rhodope Thraciæ monte viuere compertum eſt, cur agendum ſit.

Cap. II.

Rhapontici quibus nominibus varijs gẽtibus innotuerit, quiſque ipſum fuiſſe cõſtet.

Cap. III.

An hac ætate verum Rhaponticum antiquorum adnoſcebatur, atq; cognoſcatur.

Cap. IIII.

Rhapontici planta an fuerit veteribus cognita & an hac ætate alicubi viuat, & qualis ſit.

Cap. V.

Plantam Rhapontici Thracicam, lapathorum genere comprehendi, & quæ ſint ipſius ſpecies

Cap. VI.

Quæ inter radices hippolapathorum, ad Rheu radicem, quibus antiqui ad medicinæ vſum vtebantur, proximè accedant, illarumque loco à noſtræ ætatis medicis vſurpari poſſint.

Cap. VII.

De Rhapontici, & hippolapathi longi folij viribus atque vtilitatibus in medendo cognitis.

Erratum	Correctio
pag 3. linea. 2. radicem	plantam
7 8 in planicie,) fontem	) in planicie apud fontem
7. 22. magnæ, figura	magnæ figuram
8. 1. nigrum terram verſus inclinante ſpectantur: neque procumbunt	nigrum inclinante ſpectantur: neque terram verſus procumbunt
8 3 iniucuudo	iniucundo
8. 20. obliquie	oblique.
13. 16. Reum	Rheum
18 18. congram	congruam
19 8 aque	æque
20. 13 noctra	noſtra
22. 23 diliganter	diligenter
22 27 odoret	odore
23. 1 profecti	profecto
23. 10 eraditiſſimum	eruditiſſimum
26 28 Ioanne	a Ioanne
26. 21. apharmacopæo	pharmacopæo

S 9 5 5 7 8 2 3